



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Cap. 1. Quid sit furtum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

LIBER XXXIV.
SEPTIMUM ET DECIMUM
DECALOGI PRÆCEPTUM.

HABETVR hoc Præceptum Exo. 20. Non furtum facies. Ad cuius expositionem ostendam, quid furtum, quale peccatum, quenam quantitas ad lethale sufficiat, quæ modis committatur. Subiiciam de furto filii familiæ, uxoris, famulorum, ac Regularium tractationem. Nomine autem furti in presenti solum intelligo iniustam rei acceptionem: iniustam autem retentionem, quæ restitutioni obnoxia est, materiam de usuris, reliqua, quæ ab aliquibus Doctoribus hic elucidantur, in sextum Volumen de Iustitia & Iure proximum sciungo.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto Septimo, ac Decimo Decalogi receptiores
sine lite Sententiæ.

CAPVT I.

Quid sit Furtum?

FURTUM est occulta rei aliene acceptione, domino rationabiliter inuito. Dicitur occulta, ut à rapina, & aliis iniustis acceptionibus per iniquos contractus, quæ sunt domino sciente, ac vidente, distinguatur. Dicitur rei aliene, quia acceptio rei tuæ, quæ apud alium est, non est furtum, saltem quæ inas, quamvis possit esse furtum, quatenus res illa sit alteri commodata, vel oppignorata. Dicitur domino inuito, quia si crederes, dominum ratum habere, & non dissentire, furtum non esset. Additur rationabiliter, ut innuatur, non committi furtum ab eo, qui aliquid aufert, quando dominus est rationabiliter inuitus: verbi gratia, quando aliquid per modum iustæ compensationis, vel in extrema necessitate accipitur. D. Thom. 2. 2. question. 66. articulo tertio, Sylui. ibi, Reginald. libro vigesimo tertio numero decimo, Lessi. libro secundo. Escob. & Menz. Theol. Moral. Tom. IV.

capite 12. dubio primo. Nauar. sum. capite 17. numero 1.

Furtum, & rapina differunt specie in ratione iniuriæ, quia rapina incurrit violentiam, Furtum, & quæ sit domino scienti, quam furtum exclu- rapina diff- dit. Ab iniuria verò, quæ sit per iniquos con- ferunt spe- tractus, furtum, & rapina differunt; quia cie; & in furto, & rapina patitur dominus damnum ratione ini- omnino inuoluntariè, nempe per ignoran- iniuria- tiam, vel per vim: in contractibus autem patitur damnum inuoluntariè mixtim; si sciat contractus iniquitatem. Medina Codic. de rebus resipien. qn. 4. Sylui. 2. 2. qu. 66. art. 4. Sayr. in Clau. l. 9. cap. 13. num. 9. & 10; ex D. Tho. 2. 2. qu. 66. art. 4.

CAPVT II.

Furtum quale peccatum, Vbi de
furtis minutis.

FURTUM ex genere suo est peccatum mortale. Quia infert proximo nocumentum, quod suo ex ge-
F E